Brunoni.

Inscripsit mihi, et meâ manu offerendum[2] Principi misit non illepidum poema Belgicum, exotici novitatis insolentiâ gratus Franciscus quidam le Blon, ignotus mihi vel de nomine; ac tanto ignotior, quod epistolae nec locum domicilij nec diem adscribere voluit. Fallor autem nisi per crepusculum recordor olim eius ~~mentionem~~ a te mihi ~~factam~~ fuisse. Id si ita est, mi Bruno, velim Ecc. munusculum chartaceum meo nomine ~~ipsi~~ transmittas, ~~[illegible]~~ ac, si opus sit, remissâ apochâ, nummos ~~etiam~~ ipsos à Thesaurario procures. Si erro, nec hominem ~~ipse~~ tute nosti, poteris diploma penes te asservare, donec innotuerit; quod Bibliopolarum aut[5] studiosorum[6] ope facile opinor fiet[4]. Vale. [illegible] in castris XIII Cal. Octob. 1641.

de successura ac [illegible] studiorum meorum saepe me a te cautione fieri expedit ac necesse est.